

flagellare, vexare, fraudare l. 2. ff. ad L. Juliam de annonâ cujusmodi vocantur Dardanarii a Dardano Mago, quasi per magiam frumentum convolaret in eorum horrea: Pamapola, & Sephasarii, quibus nihil est iniquius in oneranda annonâ; ut si annonam conferrent ad tempus caritatis, frumentum coenant, ut ipsi carius dividant, naves annonarias retineant, annonam corruptam, & minori mensura dividant. Hoc crimen, utpote publicum, punitur ex L. Julia de annonâ pena 20. aureorum, aliquando confiscatione bonorum, & exilio. Vide tit. ff. & C. ad L. Jul. de annon. l. un. C. de monopol.

37. Crimen privati carceris est, dum quis privata auctoritate delinquentem, vel debitorem carceri mancipat, & detinet. Crimen hoc ex Const. Zenonis punitur ultimo supplicio, tit. C. de privatis carcer. inhihend. Lex Visellin. persequens libertinos, officia ingeniorum usurpantes: hodie apud nos non est in usu, cum servis, & libertinis careamus.

38. Crimen illiciti collegii, seu corporis est, dum societates instituunt ad finem improbum, v. g. ad cemelationes, libidines, falsas religiones, factiones &c. Talia collegia sunt pestis Reipubl. cum frequenter in iis nascantur conspirationes, seditiones & alia gravia, & infanda scelera, puniunturque variis penis, ut vis publica proscriptionis domus, & aliis arbitrariis, tit. ff. de colleg. & corpor. l. 15. C. de Episcop. & Cler. At collegia auctoritate principis instituta licita sunt; ut mercatorum, fabricorum, & aliorum officium, quibus datur potestas condendi statuta preter, non contra jus commune, l. fin. ff. d. r. quibus etiam hereditas relinquitur potest, & successio ab intestato l. 1. & seq. C. de hereditatibus Decur. illicitis autem collegiis nulla successio permittitur, l. 8. C. de hered. Inst. A fortiori licita sunt collegia Ordinum religiosorum, utpote a Papa approbata, & jurisdictione cum plurimis privilegiis donata.

39. Extraordinaria crimina sunt, quæ certa lege, & pœna non puniuntur, sed arbitrio judicis coercentur; ut sunt sollicitare alienas nuptias, seu alienæ uxoris pudicitiam appellare, seu prostituere velle, interpellare aliena matrimonia, seu alienæ uxoris nuptias appetere: quæ delicta est effectum careant, propter voluntatem perniciosa libidinis extra ordinem puniuntur, l. 1. pr. ff. de extraord. criminib. in quo titulo plura alia exempla reperies, quæ continuantur in seqq. titulis, ut de sepulchro violato, de concussione &c. Scelerosissimum est delictum grave, dum quis in alieno agro ponit lapides, seu scopulos, hoc indicio, ut, si quis agrum istum coleret, sciret ob insidias lapides ponentem se malo letho periturum. Punitur hoc crimen utque ad pœnam capitalem l. 9. ff. de extraord. crim. Circulatorios, qui serpentes circumferunt, & alios terrent, pro qualitate delicti, & damni extra ordinem puniuntur, l. fin. cod. Præterea crimina ordinata, quibus a lege certa pœna statuta est, sepe extra ordinem de plano cognoscuntur, & arbitrarie puniuntur, ut injuria l. fin. ff. de injuriis furtum l. fin. ff. de furtis &c. quia hæc via sine figura & strepitu judicii est expeditior. l. 13. ff. de penis.

40. Repressalia, latine Pignorationes Græce Androloppia, sunt crimen extraordinarium, quo res aliena, vel persona occupatur pro delicto alterius: nam iniuriam, & juri naturali contrarium est, ut quis in persona sua, aut rebus patiatur pro delicto alterius, cum delicta suos tenere debeant auctores, l. 22. C. de penis. Unde repressalia prohibentur non tantum jure naturali, sed etiam Canonico c. un. h. t. in 6. & civili Nov. 52. c. 1. ubi utens repressalis præter amissionem actionis, dicitur puniendus pœna quadrupli violentiam passo applicanda. 2. Repressalia quoad materiam variari & colonetari possunt: puta si princeps causa justa, ex qua bellum movere potest, indicat repressalia, easque adversario nunciet, ut si is satisfacere nolit, pignorationes istas sustinere cogatur in bonis etiam innocentium, non tamen in eorum personis, nisi hæc executoribus repugnent; quia tunc vim vitellere licet Can. 2. dominus, 23. q. 2. At contra clericos, eorumque bona nullatenus licet repressalia concedere; vel humano, sicut antea apud veteres omnes bene moratas, & nunc in Lege Christi a principibus tam Ecclesiasticis, quam politicis: ita com. nam jus naturale non

1. in 6. 3. Alicubi inter privatos tolerantur pignorationes; ut si quis animal, quod pauperem fecit, capiat & detineat instar pignoris, donec dominus animalis damnum reficiat, vel animal noxæ dedat. Vide Gall. tract. de pignorationib.

Vide par. I. pag. 690. post n. 27. Hactenus actum est de criminibus: nunc in seqq. tribus titulis de penis vindicativis in foro externo, & interno, & medicinalibus. Tandem ad imitationem Pandectarum jus Can. clauditur duobus titulis generalis juris materiis continentibus; puta de Verbor. significat. & regular. jur.

TITULUS XXXVII.

De Pœnis.

Agitur de hæc materia in Sexto, Clementin. Extravag. Joan. XXII. & Communib. h. t. in Decretis dist. 81. per plura capita, & 23. q. 4. 5. & partium in 16. q. 1. & 6. in Trid. sess. 13. c. 4. de refor. & sess. 25. c. 6. 14. in Pandectis l. 48. tit. 19. cum seq. in Codice lib. 9. tit. 47. cum seq.

1. Nota 1. Pœnam in genere definiri, quod sit iusta delicti pœnitio. Quæ definitio applicatur pœnæ civili, medicinali, & vindicativæ, quia omnes hæc pœnæ suo modo coercent, & puniunt delictum; & ideo pœna a puniendo dicta est.

2. Nota 2. Pœnam dividi 1. in Privatam, seu conventionalem, quæ ex privata partium conventionem imponitur; & plerumque non obligat ante sententiam judicis, nisi aliter convenierit; & de hac in presenti non agitur: & publicam, quæ ex publica potestate, & jurisdictione infligitur. 2. Publica subdividitur in medicinalem, quæ fertur ad contumacis correctionem; uti sunt censure: civilem, quæ fertur ad satisfactionem privatam parti applicandam: & vindicativam, quæ fertur ad vindictam publicam, si pœnæ istæ late sint ab ipso jure, sive ex arbitrio judicis. 3. In ordinariam, quæ a lege, aut consuetudine constituta est: & extraordinariam, seu arbitrariam, quæ ex arbitrio judicis pro qualitate delicti, & personarum imponitur. 4. In personalem, quæ soli personæ; realem, quæ rebus in odium personæ; & mixtam, quæ personæ, & rebus imponitur. Sic depositio ab officio est personalis, privatio beneficii est realis, & utraque simul est pœna mixta. 5. In positivam, cuius executio petit actionem sive rei, sive alterius in reum exercendam, ut flagellatio, occisio &c. & negativam, seu privativam, cuius executio est aliqua privatio, sive juris questus: ut privatio beneficii, sive juris querendi, ut inhabilitas ad beneficium obtinendum. 6. Vindicativa subdividitur in capitalem, quæ damnato infert mortem, vel naturalem, uti occisio, vel civilem, uti servitus, deportatio, & damnatio ad metalla, quibus exaquatur bannus imperialis, & perpetuum exilium, & non capitalem, quæ citra mortem naturalem, aut civilem infligitur in corpore, statu, aut bonis rei; uti sunt pœnæ temporales, fustigatio, incarcerationo, pecuniaria sisco applicanda, infamia, &c. & spirituales; privatio beneficii, depositio, irregularitas, degradatio. Agitur hic 1. de penis in genere potissimum vindicativis. 2. De penis spiritualibus Ecclesiæ. 3. De penis temporalibus fori canonici & secularis.

§. I.

De Pœnis in genere.

3. Q. I. Quo jure, & ob quam causam introducitur sine pœna?

R. 1. Pœna in thesi originem suam habent a jure naturali; & quidem ob causam delicti: nam jus naturale in genere dicitur, malefactores esse puniendos; & ideo iustitia vindicativa per se tendit ad vindictam malorum; cum alioquin felicitas reipubl. consistere non posset, si omnia crimina manerent impunita.

4. R. 2. Pœnæ determinate in specie descendunt ex jure positivo, vel divino; sicut in veteri testamento; vel humano, sicut antea apud gentes omnes bene moratas, & nunc in Lege Christi a principibus tam Ecclesiasticis, quam politicis: ita com. nam jus naturale non

determinat istas pœnas; bene vero principis suprema potestate præditi, ut patet ex integris ordinationibus criminalibus; ergo. Unde principes, cum jure suo sint Superiores, pœnas istas pro varietate temporum mitigare, exasperare, & in eis dispensare possunt. Nec audiendi sunt Carpov. Vitriar. & alii A Catholicis, qui negant, principem posse dispensare, & mitigare pœnam in his delictis, quibus Deus in vet. leg. statuit pœnam capitalem, uti homicidio Gen. 9. v. 6. Levit. 24. v. 17. &c. nam præcepta ista, utpote judicialia, abrogata sunt per mortem Christi, c. 3. de Consti.

5. Q. II. An iudex inferior teneatur infligere pœnam legis statutam? R. 1. Regulariter affirmative; nam iudex legibus subiectus est, nec licet ei de ipsis judicare, sed secundum ipsas Can. 3. d. 4. tum quia facti questio in arbitrio judicantis est, pœnæ vero persécutione non ejus voluntati mandatur, sed legis auctoritati reservatur, l. 1. §. 4. ff. ad Sc. Turpill. ergo. Unde iudex inferior pœnas contra legem molliens graviter infamia notatur, l. 8. §. fin. pr. ad L. Jul. de vi priv. Excipit, nisi talis iudex jus aggraviandi a principe concessum habeat, sicut principes Imperii; tunc enim pœnam remittere, vel mitigare possunt.

6. R. 2. Iudex inferior ex arbitrio puniens, pro qualitate delicti, deliberationis actus, atenta circumstantiis loci, temporis, personæ, damni illati, potest determinare pœnam graviozem, vel mitiorem, specificè legibus non determinatam: nam talis pœna est extraordinaria, pendens ex arbitrio judicis: imo si consuetudo permittat, potest pro ratione circumstantiarum aggravari, vel alleviantium delictum, pœnam exasperare, vel mitigare, cum legislator omnes istas circumstantias prævidere non poterit.

7. Q. III. Quod sit subiectum pœnæ? R. 1. Homo delinquens, & regulariter vivus; nam bruta, sicut incapacia sunt culpæ, ita & pœnæ: licet quandoque in detestationem sceleris, & confusionem dominorum una cum reo flammis exurantur, vel occidantur suo memoriam infandi sceleris excitent. Mortui vero subacti sunt a potestate humana, & mors omnia crimina extinguunt, Can. 4. d. 23. l. 6. ff. de publ. judic. Excipit quosdam casus, in quibus pœna in innoturum bona, & cadavera exercetur: 1. Si commissum est est, cui annexa est confiscatio bonorum, ut perduellionis, repudiarum, hæresis l. fin. C. ad L. Jul. Maj. 2. Si delinquenti in pœnam negatur sepultura Ecclesiastica, ut hæreticis, notoriis peccatoribus, ut dixi tit. de sepul. Porro delinquens toties puniendus est, quoties delictum iterat; quia ea, quæ frequentè prævaricatione iterantur frequentè sententia condemnari debent c. 1. h. t. si tamen in continentem idem crimen iteret, ut adulterium, una pœna graviore plectitur: si vero in eodem actu plura delicta committantur, ut rapina, injuria, blasphemia, homicidium, reus penis omnium subiacet, l. 2. ff. de privat. delict.

8. R. 2. Innocens ex causa potest subesse pœnæ; quatenus id exigit delictum nocentis, ex reg. 23. in 6. Sic ob crimen perduellionis filii patris perduellis privatur omnibus bonis paternis, suntque infames, l. 5. C. ad L. Jul. Maj. & liberi patris, qui Episcopum occidit, usque ad quartum gradum arcentur a beneficiis c. 10. 1x. h. t.

9. R. 3. Si tota communitas deliquit, rigor pœnæ in primores sceleris exercendus, ceteri mitius, & in bonis fortunæ puniendi. Si vero major pars deliquit, tota communitas nocentium, & innocentium puniri potest: & quidem auctores, & capita sceleris in vita, ceteri in fortunis, Demeron. 13. v. 12. & seqq. Can. 5. ordinationes 9. q. 1. Si tandem aliqui solum ex communitate deliquerint, hi soli plectendi erunt, l. 7. §. fin. ff. de jurisd.

10. Q. IV. Quomodo, & quando reus obligetur ad pœnam subendam? R. 1. Pœna ferende sententia non incurritur ante sententiam judicis: nam lex vult talem pœnam mediante ministerio, & condemnatione judicis infligi.

11. R. 2. Pœna medicinalis, ipso jure, & facto incurritur, stringit in conscientia ante ullam sententiam judicis: ita com. ex Can. 29. si quis suadente 17. q. 4. & seve toto tit. de sen. excom. nam censura, quæ sunt pœnæ medicinales, ordinantur ad correctionem, & salutem animæ, non excedunt gravitatem delicti, neque inproportionate sunt humane fragilitati; ergo si P. Remigii a S. Erasmo. Pars II.

ipso jure, & facto incurrantur; obligant ante sententiam judicis.

12. R. 3. Pœna positiva, & privativa juris plene questis, etiam ipso jure, & facto incurritur, non stringit ante sententiam judicis, saltem criminis declaratoriam: ita com. ex toto fere tit. de pœnis, hic & in jure civ. ubi ad executionem pœnarum requiritur judicis auctoritas. Ratio 1. quia conditioni humane adversum, & inhumanum est, ut quis se ipsum offerat ad pœnam positivam, v. g. ad mortem, ad fustigationem, deportationem, incarcerationem; ergo 2. Pars habetur cap. 19. de heret. in 6. ubi ad confiscationem, seu privationem bonorum, quæ ipso jure ob hæresim incurritur, prævie requiritur sententia criminis declaratoria: ratio est, quia inclinationi, & fragilitati humane nimis durum, & contrarium esset, ut quis ob crimen pœnam privativam in se exerceat, v. g. privando se episcopatu, parochia, vel alio officio, aut jure plebe questio in bonis, & aliis rebus; ergo cum jura debeant esse conformia fragilitati humane, est pœnam ipso facto incurrendam statuant, tamen non obligant ante sententiam declaratoriam criminis.

13. Dices: 1. Ex his sequitur, nullam esse differentiam inter pœnam ipso jure, & per sententiam judicis incurram. 2. In jure pontif. sepe adduntur ista clausula: ante ullam sententiam, absque alia declaratione, nulla monitione prævia; ergo tunc pœna privativa stringit ante ullam sententiam etiam criminis declaratoriam. R. Ad 1. Neg. seq. nam sententia declaratoria criminis, privat sola possessione, & declarat jus, titulum, & dominium tempore delicti amissum fuisse; atque ita sententia ista retrahitur ad tempus commissi delicti, ad quod etiam refertur pœna: & contra sententia condemnatoria privat non tantum possessionem, sed etiam titulo, jure, & dominio, neque retrahitur, sed obligare ad pœnam incipit ab eo tempore, quo prolata est. Unde, si, v. g. parochus commisit delictum calendis Januarii, ipso jure privans beneficio, & sententia criminis declaratoria ferret primo calendis decembris, teneatur omnes fructus tempore intermedio perceptos cum parochia restituere, cum sine tivo esse peccaverit: si vero delictum ipso jure non privet beneficio, non teneatur fructus restituere, nisi perceptos post sententiam condemnatoriam. Ad 2. Prior clausula intelligitur: ante ullam sententiam condemnatoriam, ubi non excluditur criminis declaratoria, Altera clausula, quæ vix unquam ponitur in penis proprie dictis, privativis jure plene questis, vel intelligitur de pœnæ declaratione, vel in delictis notoriis, quæ nulla declaratione indigent: quo casu saltem precepto judicis opus est, ut reus bonis, & juribus questis spoliatur.

14. R. 4. Pœna privativa improprie dicta, quæ est negatio favoris sub conditione concessi, ipso jure incurritur obligat ante ullam sententiam judicis: ita com. nam lex statuens talem pœnam, est conditionata, si alter conditionem impleat: neque tali casu est jus plene, & absolute questum, sed inchoative, & conditionate, si conditio posita fuerit; ergo si conditio deficiat, jure naturali deficit favor sub ea concessus, & conf. privatio hujus favoris, & juris jure naturali, & in conscientia incurritur. Hinc etiam in jure pontificio frequenter adduntur ista clausula: nec possessio ei suffragetur, sub periculo anima teneatur ad restitutionem &c. sic enim Episcopus intra semel neglectis consecrationem, amittit Episcopatum Trid. S. 23. c. 4. de refor. beneficiatus, etiam curatus, non perfolvens horas canonicas, fructus non facit suos ex motu proprio S. Pii V. Ex proximo 12. Kalend. Octob. 1571. parochus intra annum non suscipiens sacerdotium, privatur jure parochiæ c. 14. de elect. in 6. &c. quorum omnium eadem est ratio; quia jura, & favores isti non conceduntur ab Ecclesiâ, nisi sub his conditionibus a jure præfixis.

15. R. 5. Reus post justam sententiam judicis, obligatur in conscientia ad sustinendam pœnam: nam de jure naturali subditus pariter teneatur jure precepto Superioris. Unde 1. Teneatur solvere pœnam pecuniariam, si tamen exigatur, alioquin presumitur condonari. 2. Teneatur manere in carcere, aut exilio, nec inde aufugere potest: & si condemnatus est ultimo supplicio, teneatur, v. g. scalas, aut rogam conficendere &c. 3. Ipse tamen reus non teneatur, imo nec licite potest pœnam mortis in se exequi, vel aliam nimis duram,

ram, v. g. ut gladio se perimat, venenum sumat, manum sibi amputet, a cibo clam abstineat, ut fame peccet &c. nam hoc valde inhumanum est. Item si carcer est valde squalidus, & terra exiliis infalubris, licet se fugit ex carcere, aut exilio; quia non tenetur esse minister pœnæ adeo moleste: imo iudex Ecclesiasticus clericum, aut religiosum mancipans carceri valde squalido, non evitat excommunicationem canonis.

§. II.

De Pœnis spiritualibus Ecclesie.

Pœnæ istæ sunt: Irregularitas, privatio beneficiorum, & inhabilitas ad illa, depositio, & degradatio. Pro quibus.

16. Nota 1. Irregularitatem quoad nomen esse recessum a regula: quoad rem vero in iure pontificio esse impedimentum Canonicum, primo, & per se impediens licitam susceptionem Ordinum, & secundarium eorum usum: ita in re com. Dicitur 1. impedimentum; quia irregularitas non est proprie pœna positiva; aut privativa juris plene quæstus, sed potius est inhabilitas ob honorem status clericalis introducta, quia non decet aliquos defectuosos, & criminosos ad ordines, vel eorum exercitium admitti. Dicitur 2. Canonicum; quia irregularitas solo iure Can. non vero naturali, aut divino constituta est. Hinc femina, incapax potius iure divino ad ordines, quam irregularis dicitur, cum irregularitas afficiat subiectum de se capax ordinationis. Dicitur 3. per se, ut excludantur censure, quæ per accidens, & eatenus impediunt ordinationem, quantum subiectum privant passivo usu sacramentorum. Dicitur 4. licitam, quia irregularitas valorem ordinis non vitiat, sed tantum licitatem, seu honestatem.

17. Nota 2. Irregularitatem dividi. 1. In totalem, quæ tam receptionem ordinis, quam exercitium ejus impedit: & partialem, quæ aliquod tantum exercitium, vel receptionem Ordinis Superioris impedit. 2. In perpetuam, quæ semper durat, nisi dispensetur; & temporalem, quæ ad certum tempus durat, eoque adveniente, cessat, ut defectus legitime ætatis. 3. In eam, quæ oritur ex defectu, & eam, quæ oritur ex delicto impediens ministerium clericale. Defectus, quibus irregularitas annexa est, sunt: defectus usus rationis, ætatis, natalium, christianæ lenitatis, vitium corporis, carnalitas, aut obligatio ad rationem, & bigamia. Delicta irregularitatem causantia, sunt: iteratio baptismi, hæresis, occisio, vel mutilatio iniusta hominis, furva susceptio ordinum, ministratio in ordine non suscepto, violatio censure Canonice; ut si excommunicatus, suspensus ab Ordine, personaliter interdicitus, vel in loco interdicto celebret, cap. 18. de sent. excom. in 6. De his omnibus jam suis titulis actum fuit. Hic.

18. Q. I. Quis, & in quem irregularitatem ferre possit? R. 1. Solus Papa statueret irregularitatem; ita com. nam inducere impedimenta ordinum, sicut & matrimoniorum, est unum ex gravioribus negotiis Sedi Apostolicæ, & juri communi reservatis. Unde generalis regula deducitur ex c. 18. pr. de sent. excom. in 6. nulla irregularitas incurritur, nisi id expressum sit in iure.

19. R. 2. Subiectum irregularitatis est mas baptizatus, & jurisdictioni Ecclesie subiectus. Unde 1. Non baptizati non incurrit irregularitatem, sed iure divino ante susceptum baptismum incapax sunt ordinis, seu sacramenti. Si tamen post baptismum retineant aliquem defectum, v. g. vitium corporis, bigamiam, feruitatem, statim sunt irregulares. 2. Papa, cum juri suo non subie quoad vim coactivam, & pœnas, nulli irregularitati subijci potest.

20. R. 3. In dubio juris, aut facti, an irregularitas incurritur, regulariter standum est pro libertate, quod non incurritur: nam per cit. c. 18. de sent. excom. in 6. irregularitas non incurritur, nisi in casibus iure expressis, sed nullo iure exprimitur, quod quis in dubio juris, aut facti censendus sit irregularis, ergo: tum quia impedimentum certum, & de se grave non est ascendendum, nisi in casu certo delicti, aut defectus; sed stante dubio juris, aut facti non est casus certus delicti, aut defectus, ergo: tum denique quia in qu-

bio benignior interpretatio eligenda est ex reg. 30. in 6. Unde 1. Qui rationabiliter dubitat, an jus huic casui annexæ irregularitati (quod est dubium juris) iudicare potest non subesse illam. 2. Qui dubitat, an legitime natus sit, an murtillaverit, an excommunicationem incurritur &c. quod est dubium facti, si adhibita sufficienti diligentia, veritatem deprehendere non potest, decidere poterit, se non esse irregularem. Excepit dubium facti in materia homicidii, dum corpus delicti est certum, & dubitatur, an ictus, quem quis inflixit, fuerit letalis, an vero mors aliunde secuta fuerit, v. g. ex imperitia chirurgi, inordinata vita vulneta &c. tunc enim percussus gerere se debet pro irregulari ad effectum, ne sacrificium missæ celebrare possit, idque ob reverentiam huius incurritur sacrificii, & agni mansuetissimi Christi Domini: ita com. ex c. 12. & 13. de homicid. ubi non consilium, sed præceptum ponti communiter statuerit DD. At si dubium facti sit de ipso corpore delicti, puta an homicidium factum sit, an quis occisus fuerit: si post indagacionem veritas non patet, statim potest pro libertate, quod non sit factum homicidium: & cons. nec irregularitas contracta, quia id iure non est expressum, nec contentum sub cit. c. 12. & 13. de homicid.

21. R. 4. Ignorans, an alicui delicto annexa sit irregularitas, nihilominus committendo delictum, incurrit illam: ita teste Palao, com. sententia in praxi: Prob. 1. Inhabilitas legalis incurritur ab ignorantibus, ut patet in impedimentis ordinum, & matrimoniorum ortis ex defectu, vel delicto; sicut est impedimentum metus, criminis, rapinis, affinitatis ex copula fornicaria; cum jura nullibi requirant scientiam ad incurritur talium inhabilitatum, & impedimentorum; sed irregularitas ex delicto est primo, & per se inhabilitas, quia scilicet indecens est homines certis defectibus, & delictis notatos ad statum clericalem, & ordinum exercitium admitti; ergo irregularitas ex delicto incurritur ab ignorantibus. 2. Dato, quod irregularitas ex delicto sit primario pœna, tamen incurritur ab ignorantibus; tum quia ignorantia pœnæ vindictivæ nullo iure delinquentem excusat a tali pœna, alicuius clericis, & laici delinquentes immunes essent ab omnibus pœnis, quas ignorabant delicto esse annexas, quod non esse verum praxis quotidiana probat; tum quia voluntarie consentiens in culpam, virtualiter, & implicite consentit in omnem pœnam vindictivam tali delicto in hoc loco debitam, est per accidens ignorat, qua lege prohibetur, & qua pœna puniatur delictum, ut patet in pœna æterna, adulterii, læsæ majestatis &c. siquidem volens causam, implicite etiam vult effectum, est hinc non prævidet; ergo talis pœna est delinquenti voluntaria, saltem indirecte, & in causa, quale voluntarium sufficit ad incurritur pœnæ; & scus vix ullus maleficus iuste puniri potest; quis enim quotus est, qui calcet jura pœnas statuentia? Unde si laicus occidat, vel mutilet hominem, dolo, vel culpa gravi, est ignorat legem, & pœnam irregularitatis, tamen sine dispensatione ad ordines non admittitur. Hic adde delictum, ex quo oritur irregularitas, debere esse externum, si ve publicum, si ve occultum; & consummatum, & non mere attentatum, & grave, seu lethale, ut communior docet contra Cajet. Armill. & alios; quia irregularitas, si ve sit pœna primario, si ve inhabilitas, res tamen est gravissima; ac proinde non censetur omni ex delicto, nisi hoc grave sit, & lethale.

22. Opposita sententia, quam tenent Sanch. Suar. Schmalz. & alii, est satis præhabilis, & servare potest pro foro conscientie in casibus arduis, & desperatis ob hæc fundamenta: 1. Irregularitas ex delicto est impedimentum pœnale; sed pœna saltem extraordinaria ab ignorantibus non incurritur arg. c. fin. de consuet. in 6. ergo. 2. Pœna lata in contumaces, & inobedientes non incurritur ab ignorantibus, ut patet in censuris, cum ignorantibus legem, & pœnam non sint contumaces; sed irregularitas lata est in contumaces, & inobedientes legi Ecclesiasticæ; ergo. 3. Ut incurritur pœna, debet delinquens consentire in culpam, ut inductivam talis pœnæ; sed ignorans irregularitatem non consentit in culpam, ut inductivam irregularitatis, ergo. 4. Clerici incontinentes, quia ignorat legem, & pœnam Sircii, non deponuntur, sed arbitrarie puniuntur Can. 2. d. 82. ergo a pari. Ex qua sententia sequitur, quod

quod clericus, vel laicus occidens, mutilans, abortum factus animam procurans, censuram violans, aut in ordine non suscepto ministrans, non fiat irregularis, si legem Ecclesie, & pœnam irregularitatis delicto tali annexam ignoravit.

R. Ad 1. Trans. maj. & neg. min. ex dictis, c. fin. cit. procedit de censuris ab Episcopo latis, quæ, cum sint pœnæ medicinales, & ad frangendam contumaciam inventæ, ab ignorantibus non incurritur: secus est in pœnis vindictivis. Item si ignorantia juris excuset a peccato; ut si quis ignoraret legem Episcopi esse latam, etiam excusat a pœna; dummodo ignorantia sit probabilis: hic autem supponitur, quod quis omnino sciat se delictum committere, & per accidens ignoret pœnam; tunc enim sicut expresse consentit in peccatum, ut causam, ita implicite consentit in pœnam tali delicto in hoc loco debitam, ut effectum peccati. Ad 2. Pœnæ vindictivæ per se feruntur in delinquentes; medicinales vero in delinquentes cum contumacia, cum in toto iure non exprimat, scientiam pœnæ prærequirit ad ejus incurritur, nisi casus sit specialis. Ad 3. Neg. maj. implicite enim consentit etiam in pœnam. Ad 4. In illo loco non viguit pœna depositionis; ergo nec imponi debuit: secus si præceptum Sircii ad eorum notitiam pervenit. Imo ex hoc Can. contrarium de irregularitate dicitur, quia clerici isti incontinentes prohibentur ascendere ad ordinem Superiorem, quia scilicet non decet eos ordinari. Præterea hæc, & similia argumenta sponte corruunt, si dicatur irregularitatem non esse pœnam, nisi secundario, & in consequentiam; primario vero, & per se, ob causam indecentiæ, esse inhabilitatem.

23. Q. II. Qui sint præcipui effectus irregularitatis? R. Tres sequi. 1. Inhabilitas ad Ordines licite suscipiendos, vel exercendos; & quia prima tonsura est via, & dispositio ad ordines, qui impeditur ordines suscipere, etiam prima tonsura initiari nequit. Jam si irregularitas superveniat ordini suscepto, si quidem est ex delicto, ut homicidio, aut mutilatione, impedit quodecumque exercitium Ordinis, c. fin. de temporibus ord. c. 21. de accus. si vero est ex defectu, illud solum exercitium impedit, cui talis defectus, adversatur; ut si sacerdos pollicem, & indicem manus amittat, missam celebrare non poterit; bene vero alia ministeria ordinum exercere, ut confessiones audire, concionari &c. 2. Inhabilitas ad recipienda beneficia, ita ut collatio beneficii irregulari facta probabilis ipso iure sit nulla, c. fin. de Cler. pugnans. in duell. Triid. S. 14. c. 7. de resor. nam inhabilis ad ordinem, est unusquisque, etiam est inhabilis ad beneficium, quod ordinis usum requirit. Si tamen irregularitas sit partialis ex defectu ordinis superveniens, non impedit validam, & licitam collationem beneficii; saltem si defectus non impediatur usum ordinis in beneficio requisiti, arg. c. 2. de cler. agror. 3. Irregularitas per se non privat beneficium antea obtentis, donec delinquens per sententiam iudicis condemnatoriam, vel criminis declaratoriam iis privetur, c. 5. Ne clericis c. 6. 7. de Cleric. excom. ministr. c. 10. de excessib. pralor. ubi ad talem privationem, seu pœnam vindictivam, requiritur officium iudicis: interim vero beneficium tenetur per alium administrare, donec dispensationem impetret: & si hanc non vult, vel non potest obtinere, tenetur dimittere beneficium: quia sine causa illud possideret. In casu necessitatis, scandali, infamie, & alterius gravis incommodi, quod sequeretur, si, v. g. parochus factus occulte irregularis, abstinere ab usu ordinum, non obstante irregularitate, potest exercere ordines, quatenus exercitium necessarium est ad mala ista præcavenda, donec celeriter sibi provideat de dispensatione: nam præceptum Ecclesie non obligat cum tam gravi incommodo. Si vero per Vicarium idoneum administratio fieri possit, nec timeantur mala ista securura, parochus irregularis tenetur vias suas committere Vicario, cum nulla sit necessitas violandi præceptum Ecclesie.

Circa dispensationem in irregularitate servantur ea, quæ dixi tit. de homicid. a num. 48. & alia communia ceteris dispensationibus in iure com. faciendis.

Vide additiones meas hac par. II. pag. 5. 6. post n. 50. & 51.

24. Q. III. Quos effectus habeat pœna privationis officiorum, & beneficiorum, & inhabilitas ad illa? R. Remigii a S. Erasmo. Pars II.

R. 1. Si privatio ipso iure est incurta, sequitur ex illa amissio tituli, seu juris in re, amissio fructuum a die commissi criminis, impotentia ad resignandum beneficium in favorem tertii, & vacatio beneficii ex delicto, non per mortem, est interim beneficium moriatur, c. 28. de prob. in 6. Extrav. 2. de Sim. in com. At si privatio inducta est per sententiam condemnatoriam, effectus isti non incurritur, nisi a tempore sententiæ latæ. 2. Effectus inhabilitatis ad officia, & beneficia præcipuus est, quod collatio inhabilitata, non teneat.

25. Q. IV. Quid sit depositio, & quid juris circa illam? R. 1. Depositio proprie dicta est pœna solis clericis statuta, qua clericus perpetuo removeret, vel totaliter a beneficio, officio, & ordine: vel partialiter a beneficio, vel officio, seu usu jurisdictionis, vel ordine, seu usu ordinis: & vocatur depositio simplex, seu verbalis, & contradiistinguitur depositioni solemnium, seu degradationi. Differt depositio a privatione beneficii; quia illa, & non ista inducit inhabilitatem ad alia beneficia: a suspensione totali; quia ista non tollit titulum beneficii, & officii; bene vero depositio: licet suspensio totalis frequenter confundatur cum depositione.

26. R. 2. Depositio olim infligebatur etiam ob minora delicta c. 4. §. de adulter. de judic. hodie non nisi ob enormia crimina, & valde scandalosa, ut est homicidium præmeditatum, furtum sacrilegum rei pretiosæ; fornicationes notorie post monitionem continuatæ &c. Sic depositus clericus retinet privilegium fori, & canonis, nisi & isto per sententiam privetur, c. 10. de judic. si vero ob adulterium, & minora delicta depositus est, peracta penitentia, poterit cum eo jam emendato Episcopus dispensare cit. c. 4. de judic. quia misero misericordia non est deneganda: neque hoc modo restituitur ei fama directe, sed indirecte, quod potestatem Episcopi non excedit, arg. d. l. §. 10. de postulat.

27. Q. V. Quid sit degradatio, & quid juris circa illam? R. Degradatio est pœna Ecclesiastica, qua clericus solemniter, & authentice dicitur ab ordine, & statu clericali. Est duplex: verbalis, seu sententialis, qua profertur solennis sententia privans clericum statu clericali. Realis, seu actualis, qua clericus executive in forma Ecclesie dejicitur a statu clericali. Verbalis degradatio differt a depositione, quia sententia depositionis immediate transit nequit ad degradationem sine nova sententia degradationis; bene vero a degradatione verbalis ad realem. Rursum degradatio verbalis differt a reali; quia verbalis fieri potest per Episcopum tantum confirmatum, exercite non tollit privilegium fori, & canonis, & verbaliter degradatum Episcopus restituere potest: e contra degradatio realis fieri debet ab Episcopo consecrato, cujus ordini est annexa ex præcepto Ecclesie, exercite privat privilegium fori, & canonis, & realiter degradatus a solo Papæ restitui potest.

28. R. 2. Clericus ob nullum crimen, nisi iure expressum degradari potest: ita com. ex c. 10. de judic. ubi præscribitur ordo puniendi clerici; ut primo deponatur ab officio, & beneficio; deinde crescente contumacia, excommunicetur, & anathematis muerone feriatur: tandem, si in profundum malorum veniens contempserit, cum Ecclesia non habeat ultra, quid faciat, seculari potestati tradatur puniendus. Ita procedendum est in casu incorrigibilitatis. Præter hunc incorrigibilitatis casum, dantur in iure com. 4. casus, in quibus clericus, non expectata incorrigibilitate, statim degradari potest: 1. Ob crimen hæresis præsertim cum recidivencia, c. 9. de Heret. & c. 4. eod. in 6. 2. Ob conspirationem in proprium Episcopum, Can. 18. si quis sacerdotum 11. qu. 1. 3. Ob crimen falsationis Litterarum apostolicarum, c. 7. de crimine fals. 4. Ob crimen assassini c. 1. de homicid. in 6. Extra corpus juris sunt tria crimina degradatione digna. Sodomia frequentata, Const. S. Pii V. incip. Horrendum illud scelus. Celebratio missæ, & sacramentalis auditi confessionum a non sacerdote exercita, Const. Clem. VIII. incip. Et alias. Et pro Italia observatur Const. Urban. VIII. incip. In suprema de clericis monetariis. Extra hos casus, si aliud enormissimum delictum a clerico perpetretur, recurri debet ad Sed. apostolicam pro licentia degradationis. Vide meas resol. Can. tit. de judic. resol. 1.

De Poenis temporalibus utriusque fori.

Est etiam sollicitudo ad turpia in confessione sacramentali, si cum agerentur peculiare quadam circumstantia ex Const. Greg. XV. Universi 30. Augusti 1622. quamvis Cardinal Albinus tract. de Incontinentia in fide par. 1. cap. 15. asserat d. Constit. quoad hanc penam non fuisse usum receptam. Item furium sacrilegum SS. Eucharistia, sive quis cum sacra pvide sive sine illa Sacram Hostiam surripiat, & presumat apud se retinere, aut alio transferre ex Const. Innoc. XI. & Alexand. VIII. confirmatis a Benedicto XIV. Constit. Ab augustissimo 5. Marti. 1744. Item abortus factus animati, sive quis cum procuraverit per se, sive per alium ex Const. Sixti V. Effrenatam iuxta moderationem factam a Gregori. XIV. Const. Sedes Apostolica: cum Sixtus hanc penam extendit etiam ad factum inanimatum.

Ab aliquibus reconferunt etiam inter crimina degradatione digna masculinum, seu fornicationem, ex quo minus, aut plurimum mors sequuta comprobetur ex Const. Greg. XV. Omnipotentis 20. Martii 1623. verum perperam, cum d. Const. non loquatur de degradatione, ut observat Card. Albi. loc. cit. c. 32. n. 150. Item polygamia cum quis nempe falsum professus nomen, & agnomen, uxore vivente, aliam duxerit ex Const. Urban. VIII. Magnam 20. Jun. 1637. sed neque in ista degradationis mentio ulla sit, ut animadvertit Bened. XIV. de Synod. dioc. lib. IX. c. 6. n. 7. & seq. 22.

29. R. 2. Degradatio clericorum faciendae est a proprio Episcopo: si vero clerici, & religiosi exempti sunt, a Papa Can. 5. 7. caus. 3. q. 6. Trid. sess. 13. c. 4. de resor. Pletique tamen prelati reges habent privilegium degradandi suos religiosos. Cuspend. Privileg. Societ. Jesu v. pralatum.

30. R. 3. Forma degradationis verbalis de iure antiquo Can. 5. & seq. 15. q. 7. & c. 2. h. t. in 6. in eo consistit, ut Episcopus coram 12. Episcopis, presbyter coram 6. diaconis, & subdiaconis coram 2. Episcopis: minoribus vero coram Episcopo, & capitulo cathedrali sententialiter degradetur. At de iure novo Trid. cit. S. 13. c. 4. de resor. si tot Episcopi haberi nequeunt, sententias degradatio, etiam presbyteri, fieri potest coram totidem Abbatis usum mitrae, & baculi habentibus, Episcopo, vel ejus Vicario generali assistentibus; vel si nec hi commode interesse possint, coram aliis personis in Ecclesiastica dignitate constitutis, quae aetate graves, ac juris scientia commendabiles existant. ibid. Porro assistentes isti in iudicio degradationis habent votum decisivum; & probabilis sententia eorum debet esse concors; & non tantum a majori parte, c. 3. de sent. & re jud. nam factum concorditer opponitur facto a majori parte c. 30. de elect. maxime in hac materia criminali; ut non sit locus arg. a sensu contr. ex Can. 1. si quis 6. q. 4. Quia vero circa degradationem minoritarum non est tantus rigor juris, sufficit sententiam ferri ex voto majoris partis.

31. R. 4. Forma degradationis realis traditur in Pontificali rom. ut scilicet fiat ab Episcopo consecrato proprio, vel alio consecrato deputato c. 2. h. t. in 6. & praesente iudice seculari, clerico vestibus sacris induto, gradatim ipsae vestes sacrae usque ad cotam inclusive auferantur; & deinde reus iudici seculari tradatur cum seria professione, & intercessione pro reo, ut citra mortem puniatur, c. 27. de V. S. Si tamen talis intercessio omittitur, Episcopus non ferret irregularis, cum id nullo iure caveatur, neque omnino intercessio sit cooperatio ad necem.

32. R. 5. Iudex secularis, extracto sibi reo, non potest cognoscere de valore degradationis, neque de crimine fori Ecclesiastici, uti est haereticus, simonia, sacrilega misse celebratio &c. cum cognitio ista sit actus jurisdictionis spiritualis, qua laicus caret. At si crimina sint mixti fori, ut assassinium, sodomia, homicidium &c. si laicus non vult stare processu iudicis Ecclesiastici, potest novum processum instituire, degradatum, si opus est, pro elicienda veritate torquere, & prout probationes suadebunt, reum vel condemnare ad mortem, vel ad penam aliam mitiorem; praesertim si princeps gratiam reo faciat.

§. 9. ff. h. t. ibi: carcer ad continentem homines, non ad puniendos haberi debet. Idem statuitur l. 6. C. eod. & l. 5. C. de custod. reor. Iura romana vide tit. ff. & C. de panis.

37. Q. V. An hodie bona damnatorum publicentur? R. Negative, sed relinquuntur descendentibus, vel ascendentibus ex Nov. 134. c. 13. in fin. & quidem usque ad tertium gradum; fecus cedunt filico ex Jure antiquo. Vide tit. ff. & C. de bonis damnatorum.

38. Q. VI. Qui sint interdicii, relegati, & deportati? R. Interdicii sunt, quibus certus locus prohibetur: relegati, quibus integra provincia, vel regnum prohibetur: deportati, quibus praeter relegationem insula, seu certus locus assignatur, e quo egredi eis non licet, l. 7. pr. ff. de interdicii, & releg. Deportatus patitur mediam capitis diminutionem; atque ita amittit civitatem, ejusque iura: libertatem tamen retinet, & consequenter acquirit sibi, licet moriens fiscum relinquat haeredem l. 15. ff. eod. Si interdictum violet suam penam, punitur relegatione; relegatus deportatione, & deportatus ultimo supplicio. Vide tit. ff. de interd. & releg. ubi etiam l. 7. §. 20. reperies interdictionem penalem, seu quandam civilem irregularitatem, ne quis ad honores promovetur.

39. Q. VII. An sententiam passim restitui possint? R. Possunt, sed a solo principe, qui non ligatur sententiarum suorum inferiorum. l. 7. & 10. C. de sententiarum passim, & rest. dummodo nullum sequatur praedictum partis, Can. 10. denique 10. q. 5. Porro restitutio ista fieri potest duplici modo: 1. imperfecte, & extra ordinem, dum solus reditus in patriam conceditur, l. 2. & seq. C. eod. 2. perfecte, & pleno iure, dum a principe non tantum reditus in civitatem conceditur, sed omnia priora jura, bona, dignitates, honores, actiones, reales, non tamen personales, quae censentur extinctae per deportationem. Hac plena restitutione facta, redit patria potestas, testamentum deportatione irritum convalescit, non fecus ac iure pollitumini; ea tamen, quae tempore intermedio a filio gesta sunt, rata manent, quia filiusfilius, pro eo tempore censetur esse paterfam. seu homo filii juris l. 1. §. fin. C. h. t. Eadem proportionaliter observantur in foro Can. si Papa ex urgentissima causa clericum, aut religiosum plenissime restituat in omnia priora jura. Et haec de restitutione gratiosa per viam indulgentiae. Si vero restitutio sit iustitiae, quia innocens condemnatus est, v. g. ad deportationem, tunc profus omnia redintegrandae sunt, etiam alienata, cum suis fructibus; quia in his initium vitiosum fuit, ob quod cetera non subsistunt. Cetera vide in textu tit. ff. & C. de sententiam passim, & restitutis. An cadavera punitorum manere possint inssepulta, an vero tradenda sepulture Ecclesiasticae, dixi tit. de sepultur. Vide tit. ff. de cadaverib. punitor.

TITULUS XXXVIII.

De Poenitentis, & Remissionibus.

Agitur de hac materia in Sexto, Clementini. & Extrav. com. h. t. in Decreto 33. q. 2. & q. 3. in Tract. de poenitentia per 7. distinct. in Trid. sess. 14. de sacram. poenit. & sess. 24. c. 8. de resor. Item Theologi suse agunt de poenitentia, ut est virtus, & ut est sacramentum, ad quos pro doctrina ista te remitto.

1. Post poenas in foro externo, agitur hic de poenitentis in foro interno; & quia poenitentiae istae solent quandoque relaxari, additur altera pars rubricae de Remissionibus. Est autem poenitentia satisfactio condigna pro peccatis imposita, vel publica pro peccatis manifestis c. 1. h. t. vel privata pro peccatis manifestis c. P. Remigii a S. Erasmo. Pass II.

1. h. t. vel privata pro peccatis occultis. Rursus publica est duplex: solemnis, quae olim imponebatur ab Episcopo initio quadragesimae pro delictis totius reipublicae, & scandalosis, ratione quorum poenitentes fiebant infames, ut ordinari non poterint, c. 15. de privilegi. Can. 64. & seq. d. 50. Non solemnis, quae etiam a presbytero imponi potuit pro delictis publicis, non tamen reipublicae, ita noxiis, canique peragentes non fiebant infames. Remissio hic est relaxatio poenarum temporalium, quae hodie fit per indulgentias ex thesauro Ecclesiae per applicationem meritorum Christi, Sanctorum, Extrav. 1. h. t. in com. Trid. sess. 25. in decr. de Indulg. Est autem Indulgentia varia: 1. Pro vivis per modum absolutionis; & pro defunctis per modum suffragii, seu solutionis. 2. Personalis, quae directe datur personis; & realis, quae dependet a re aliqua, vel loco conceditur; ut si Indulgentia affixa sit Ecclesiae, altari, numismati &c. 3. Perpetua, quae semper durat, nisi revocetur; & temporalis, quae ad certum tempus durat. 4. Plenaria, quae totam poenam peccatis debitam remittit; & partialis, quae partem poenae remittit; vel indeterminate, ut tertiam partem; vel determinate, ut poenam 10. annorum, 40. dierum &c. Carena est poenitentia sustinenda per jejunium in pane, & aqua per 40. dies. Quadragesima est poena per quadragesimam sustineri solita. Quae poenitentiae si relaxentur, dicitur indulgentia carena, vel quadragesima, unius, vel plurium.

2. Q. I. An confessio sacramentalis sit in precepto? R. 1. Affirmative, ut scilicet omnis utriusque sexus fidelis in peccatum lapsus, saltem semel in anno confiteatur; & ad minus in Pascha Eucharistiam sumat; sed peccata ista negligentes, vivi arcenti sunt ab ingressu Ecclesiae, & mortui a sepultura Ecclesiastica: ita Innoc. III. in Conc. Later. relato c. 12. omnis h. t. ubi determinatur preceptum divinum, quo fidelis obligatur per confessionem se reconciliare Deo, & manducare Corpus Christi. Idem confirmat Trid. sess. 14. c. 5. & Can. 8. de sacram. poenit. Non satis autem huic precepto per sacrilegam confessionem, & communionem; & oppositam propos. n. 15. damnavit Innoc. XI. Neque ab ejus observantia exculantur peccatores publici, ut meretrices, usurarii &c. quod vero poenae executioni non dentur, id fit causa majoris mali vitandae. Neque satisfactio, qui Eucharistiam sumit a Regularibus intra dies a dominica Palmatum usque ad dominicam in Albis inclusivae; & his, non obstantibus ipsorum privilegii, prohiberi potest, ne eam administrarent secularibus personis in die Paschatis, licet haec satisfactio eidem precepto in Ecclesia parochiali; non autem in aliis diebus intra dictum tempus interclusis, in quibus tamen Eucharistiam sumentes ab eisdem non satisfacerent precepto, ut ex pluribus decretis Cong. Conc. relata a Bened. XIV. de Synod. dioc. lib. IX. cap. 6. n. 4. & 5. ac in Thes. resol. in Suesfana 3. Decem. 1735. tom. 7. pag. 161 & 18. & ibi.

3. R. 2. Mulieri, quae ex adulterio prolem suscepit, vel alienum partum supposuit, si ex metu gravis mali nolit delictum manifestare, non est neganda poenitentia: ita decidit Innoc. III. c. 9. h. t. nam cum tanto periculo fama, & vite mulier non teneat damnum alienum, utpote minus, avertere; sicut fur, qui rem sine majori suo periculo restituere nequit, deobligatur a restitutione. Excipit, nisi uxor alias sit male famae, de adulteriis graviter infamata; vel si ex non revelatione majus malum sequeretur, ut si haereticus succedere deberet in regno &c. regulariter verobonum vite, & fame, cujus periculum uxori, & proli imminet, praevalet bonis fortunae, utpote ordinis inferioris. Ex bonis Constitutionibus Benedicti XIV. Sacramentum poenitentiae 1. Junii 1741. & Apostolici numeris 3. Februarii 1745.

1. Reservatur summo Pontifici facultas absolvendi calumniantes, vel per se ipsos, vel per alios, de sollicitatione confessarios, excepto mortis articulo.

2. Sublata est ipso iure cuiuscumque confessario, etiam tempore Jubilaei, aut in vim Bullae cruciatae, sive alterius indulti, confessiones audientis iurisdictio absolventi complerem in peccato contra sextum decalogi preceptum sub poena excommunicationis Papae reservata incurrendae, etiamsi complex reperiretur in mortis articulo; quando tamen absque illius infamia, vel scandalo; quando tamen absque illius infamia, vel scandalo;

Et quidem non confitetur, haberi potest alius sacerdos, qui illius confessionem exciperet. Complex vero in huiusmodi articulo constituitur, etiam si alius sacerdos haberi potuisset, et ob confessarii complicitatem adhibitus non fuisset, remaneret valde absolutus.

III. Ex decreto Cong. sacre Inquisitionis 5. Augusti 1745. coram eod. Bened. XII. Et ab ipsomet confirmato, ac relato in appendice tom. 2. ejus Bullarum, 8. confessarii tam seculares, quam regulares cuiuscunque Ordinis, et Instituti - Vel in actu sacramentalis confessionis, siue illius occasione, aut preteritu, ad turpia sollicitantes, vel sacrificio missae abutentes ad fortilegia, preter penas contra sollicitantes, et sacrilegos iam alias statutas, perpetuam etiam inhabilitatem incurrunt ad prelati sacrificii celebrationem - Hac tamen pena non habet locum in casibus occultis.

IV. Ex Constitutionibus eiusdem Pontificis - In suprema - Ubi primum - editis pro regnis Portugallie, et Algarbiorum, deinde ad universam catholicam orbem extensis Constit. - Ad eradicanum - Peccat leuialiter confessarius exquirens nomen, et habitationem complicitum, cum quo penitens peccatum perpetravit, etiam preteritu procurande illius correctionis, aliorumque bonorum colligendorum; multoque magis si degeret absolutionem, quando penitens eiusdem complicitis nomen veniat revelare. Ob quod denegata absolutionis crimen ne dum suspensio ab audiendis confessionibus decernitur subiacendus, sed etiam Sacre Inquisitioni intra terminum dierum in illius editis prescriptis soluitur, et sub penis contra non denunciantes per eadem edita infligi consuevit, denunciandus, et ab Inquisitoribus prout in causis facti puniendus - dummodo tamen huiusmodi interrogandi, ac denegandi actus talibus circumstantiis conjunctus sit, ac consentitus, que sic agentem confessarium de adhesionem ad praedictam reprobam praxim, de expectando nempe complicitis nomine, tamquam ad licitam, vel alio quouis modo de prava credulitate suspectum reddant - a quo tamen onere eximitur penitens in causa propria, nisi aliunde, quam ex propria confessione, novis dictum confessarium - aliquo ex superioribus enumeratis, et S. Officio denunciandis modis deliquisse - tunc enim, et ipse denunciare tenetur.

4. R. 3. Egroti obligantur confiteri, et viaticum sumere; nam in periculo salutis constituti sunt; ideo omni meliori modo tenentur salutem suam assecurare: unde iuxta c. 31. h. t. medicus non adiuuans agrum de confessione, accetur ab ingressu Ecclesiae, donec competentem satisfaciatur: qui quidem ex Const. S. Pii V. Super grezem 1566. 8. Martii; ubi est usu recepta, si aeger tertio die non confiteatur, medicus non debet eum visitare.

Hac de causa Rome ex decreto Sac. Cong. V. sita. Apstel. iussu Urban. VIII. edito 10. Jul. 1625. praecipitur (ut alibi praecipitur etiam soler) quibuscumque confessariis tam secularibus, quam regularibus, sub pena suspensionis ab audiendis confessionibus ipso facto incurrenda, ut statim in domo infirmi fidem audite confessionis proprio parochio, et medico superuenientibus dimittere teneantur. Et hic notandum, quod si confessarius ab Episcopo iam approbatus, sit secularis, infirmi confessionem audire nequeat sine licentia parochi eiusdem infirmi: si vero regularis sit, iidem ab Episcopo approbatus, satis sit, ut dictam tantum fidem relinquat ex decreto Cong. Conc. 14. Decemb. 1658. relato a Bened. XII. lib. IX. de synod. dioc. cap. 17. n. 9. quo decreto idem Pontifex refert ita temperatam fuisse synodalem Constitutionem cuiusdam Episcopi adstringere volentis confessarios regulares ad parochi licentiam obtinendam.

Imo, ubi parochi Const. usu recipitur, non videtur aeger totaliter a medico deserendus, si obstinate noluit confiteri, et sine gravi periculo deseri non possit, ne utaque morte pereat; quia convalescens respiciere poterit. Theaur. de penis verb. Medicis c. 1.

Circa medicos vide notata in Summariis post c. Cum infirmitas 13. par. I. p. 377.

An vero tenetur parochus Viaticum deferre illi, qui mane sanus Eucharistiam sumpsit, et eodem die in morbum periculosum incidit, est hinc inde opinio

aeque probabilis; ideoque idem Bened. lib. VII. cit. synod. cap. XI. numer. 2. inseri - integrum esse parochum eam sententiam amplecti, quae sibi magis arridet.

5. Q. II. Quales penitentiae hodie sint in iungenda: R. 1. Solemnes penitentiae hodie non sunt in usu: imo nec olim imponi poterant clericis, nisi depositis sine spe restitutionis Can. 2. de penitent. dist. 6. sed si peccata sunt publica, imponitur publica penitentia: atamen moderno statui accommodata, c. 1. h. t. ut in delinquentes emendentur, et alii eorum exemplo terreamur. Unde penitentia in canonicis penitentialibus dictata hodie non imponitur, sed aliae arbitrariae c. 8. h. t. licet sacerdos penitentibus aperire possit, quantum penitentiam secundum rigorem Ecclesiae sustinere deberent; sic pena 12. annorum pro occidendo sacerdotis statuta c. 2. h. t. commutata est in excommunicationem, et irregularitatem ipso facto incurrendam, 2. Penitentia minor imponi potest, si eo die occurrat aliqua Indulgentia, praesertim plenaria; dummodo penitens ad eam lucrandam necessaria praeset.

6. Q. III. Quis, cui, et ex qua causa concedere possit Indulgentiam? R. 1. Concedere Indulgentias plenissimo iure potest Papa, Extrav. 2. h. t. in. com. II. Episcopus, sed limitate secundum modum Conc. Later. cap. 14. h. t. in dedicatione Ecclesiae potest concedere Indulgentiam unius anni, et in anniversario dedicationis, ac etiam in aliis casibus, et rationabilibus causis 40. iterum cit. cap. 14. Et quamvis plures Episcopi dedicent eandem Ecclesiam, modum illum excedere non possunt cap. fin. h. t. in 6. neque Archiepiscopus per provinciam suam Indulgentias concedens c. 15. h. t.

Quam facultatem, utpote jurisdictionis, et non Ordinis, delegare etiam possunt simpliciter clericis; non autem laicos, Barbof. cum communi de offic. et potest. Episc. alleg. 88. n. 10.

III. Legati Sedis Apostolicae, et S. R. E. Cardinales ex consuetudine in Ecclesiis suorum Titulorum 100. dierum Indulgentias concedere possunt. De reliquis praetatis nihil habetur, nisi quid speciale eis competeret ex privilegio.

Quamvis, sede Episcopali vacante, tota Episcopalis jurisdictionis transeat in capitulum, et per hoc ad Vicarium capitularem; ac potestas concedendi Indulgentias pertinet, non ad Ordinem, sed ad jurisdictionem, non tamen sequitur Vicarium capitularem eas concedere posse, quia quid per theoriam in contrarium senserim DD. relati a Bened. XIV. de synod. dioc. lib. II. cap. 9. num. 7. sane decreto Cong. Conc. 13. Novemb. 1688. ibidem relato: quo statuit, ut se in praxi ab his concedendis abstineret: et merito quidem, cum hac potestas sit eiusdem ordinariae jurisdictionis soli dignitati Episcopi annexa ex clarioribus cap. Accedentibus 12. de excess. Pralat.

Ex Const. Bened. XIV. Pia mater 5. Apr. 1747. Episcopus, aliisque inferiori praelatis, territorium separatum habens (servatis tamen ab hoc conditionibus in Bulla praescriptis) imperiri potest, vel per se, vel per alios sacerdotes, tam seculares, quam regulares benedictionem cum Indulgentia plenaria constituat in mortis articulo, cum condicione, ut hi tamquam opere iuncta ad eam acquirendam, mortem libenter acceperint in Spiritu resignationis ad divinam voluntatem: cum facultate insuper quoad Episcopos, eandem imperitendi mortali moriura, secum comites adhibendo in ingressu confessarium ordinarium monasterii, aliumque sacerdotem ipsorum arbitrio eligendum: ac praeterea si per se id prestare nequeant, subdelegandi ad alium effectum praeatum confessarium. Hac autem facultas ab Episcopis, diocesisque inferioribus praelatis semel ab Apostolica Sede concessa, durat ad ipsorum usque obitum; et non ad triennium tantum, ut olim concedi consueverat. Ab Episcopis tamen auctoritate Papae ad aliam cathedram translatis demum obtineri debet.

7. R. 2. Indulgentia datur subiecto capaci, scilicet baptizato, non excommunicato, et subdito c. 4. h. t. ex parte cuius requiritur, ut impleat opera praescripta, et saltem ultimum opus conjugatur cum statu gratiae. Intentio formalis non requiritur, sed sufficit habitualis, et interpretativa. Incipiunt autem Indulgentiae pro aliqua festi-

festivitate concessae a primis vespertis, et durant usque ad occasum solis sequentis diei.

8. R. 3. Ad concedendum Indulgentias requiritur iusta causa, secus invalida est concessio, S. Th. in supplement. g. 23. ar. 2. nam Papa non est dominus, sed dispensator thesauri Ecclesiae: dispensator autem sine iusta causa valide non dispensat, sed dissipat; et ideo Innoc. III. c. 4. h. t. reprobant Indulgentias indiscretas, et superfluas. Iuste causa: exaltatio Ecclesiae, extirpatio haeresum, conversio infidelium, reformatio morum, concordia principum christianorum, sunt, excitatio ad studium devotionis, remuneratio meritorum, et obsequiorum, &c.

9. Q. IV. Quid sit jubilaeum in lege nova? R. 1. Est annus gratiae visitantibus limina Apostolorum Petri, et Pauli concessus, cum plena peccatorum, et poenae pro his debite remissione, aliisque favoribus in Bulla Jubilaei expressis, ut sunt: peccata absolvendi ab omnibus peccatis, et censuris Papae, aut Episcopo reservatis, exceptis casibus Bullae Coenae, nisi exprimitur, praesertim haeresis: item facultas commutandi, et dispensandi vota, exceptis reservatis perpetuae castitatis, et religionis, et triplicis peregrinationis, nisi aliud exprimitur &c. 2. Jubilaeum olim concedebatur centesimo quoque anno, deinde L. hodie ex Con. Pauli II. anno XXV. seu intra 25. annos, Extrav. 1. 2. h. t. in. com. incipiente a primis vespertis Nativitatis Christi usque ad vespertas secundas iuxta festi anni sequentis: et toto illo tempore aliae Indulg. vivorum suspenduntur; nisi aliud ex privilegio habeatur, vel Indulgentiae vivorum a Papa commutentur in Indulg. mortuorum. 3. Ad lucrandum Jubil. praestanda sunt opera in Bulla praescripta, intra tempus ibid. assignatum; estque securus eadem septimana omnia opera praestare. Plura de Jubilaeo vide in Salmant. Gobat.

Et novissime insignem tract. de Jubil. P. Theodori a Spiritu Sancto Carmelita exalt. clarissimi mei Collegae.

10. Q. V. Quid dicendum de Indulgentia pro defunctis, Altaribus privilegio affixa? R. I. Applicare Indulgentiam defuncto per modum suffragii est designare unum defunctum, cui Papa tribuat ex thesauro Ecclesiae satisfactionem Deo pro illius peccatis offerendam. II. Ut applicata, ista, et Indulgentia sit secuta, observandae sunt conditiones in privilegio expressae, scilicet ut altare sit designatum, et simile in eadem Ecclesia non habeatur; licet non obstat, quod habeatur altare alio modo privilegiatum, v. g. unum pro quibuscumque fidelibus, alterum speciale pro fratribus certae Congregationis ex decret. S. Cong. Indulg. 12. Jun. 1676. et confirmato ab Innocent. XII. Martii 1677. et in isto altari die designata sacerdos missam legat: et quidem de requiem, si dies non sit impedita festo duplici; alioquin sufficere legitur missam de Sancto, ex Const. eiusdem alias 4. Maii 1688. III. Illa conditio dummodo in ea Ecclesia septem (vel quot exprimitur) Missae quotidie celebrentur, tunc sine intelligitur de singulis anni diebus, exceptis tribus ultimis feriis maioris hebdomadae: multi tamen DD. quibus adhaeret Gobat, censent conditionem, et clausulam istam esse civiliter intelligendam; puta ut regulariter, et de ordinario tot missae celebrentur, licet per accidens ratione morbi, aut alterius impedimenti uno, vel altero die numerus iste missarum non expleatur: nam clausula: dummodo celebrentur, idem significat, ac verba ista: dummodo soleant celebrari.

Circa hanc questionem omnem dubitandi locum sustulerunt responsa Cong. Concil. ex mandato Clem. XI. ad sequentia dubia 30. Julii 1701.

I. An absentibus religiosis, ex causa praedicationis tempore Quadragesimae, et Adventus, vel quando occasione festivitatum, vel funerum, aut similiarum a Superioribus ad celebrandum alibi transmittuntur, Indulgentiae concessae cum certo numero missarum, qui ob dictas causas adimpleri non possunt, profusus cessent, vel pro eo tempore, quo dictus numerus missarum non fuerit adimpletus, sint suspensae, vel potius remaneant in suo robore.

II. An idem sit statuendum, deficiente praefixo numero missarum ob infirmitatem sacerdotum, tam regularium, quam secularium.

P. Remigii a S. Erasmo. Pars II.

III. An pariter idem sit statuendum, deficiente praedicto numero missarum ob absentiam ab Ecclesiis secularibus canonicorum, et sacerdotum per aliquot dies, et menses.

Ad primum, quoad primam partem pro tempore Adventus, et Quadragesimae remanere suspensas, non autem in reliquis; dummodo raro contingat.

Ad secundum remanere suspensas.

Ad tertium provisum in primo.

Tempore Jubilaei Indulgentiae Altaris, et aliae quilibet pro defunctis concessae non suspenduntur ex decreto sac. Cong. Indulgentiarum 24. Jan. 1700.

Altare privilegiatum quotidianum in perpetuum concessum est omnibus Ecclesiis patriarchalibus, metropolitans, et cathedralibus a Bened. XIII. Constituitur. Omnium salutis 20. Julii 1724. Circa communicationem Altaris privilegiati, vide dicta hac par. II. p. 581. post n. 29.

IV. His, aliisque necessariis observatis, sequitur effectus Indulgentiae plenariae, scilicet liberatio animae et purgatorio: quamvis multi graves Theologi dicant effectum istum non esse infallibilem sicut infallibile est, sacrificium missae omnino prodest animabus in purgatorio. Ex hac, aliisque causis pium, et laudabile est pro eadem anima pluries sacrificare ac altare privilegiatum: et generaliter juxta Decreta Clementina, et Innocentiana, tot missae celebrandae sunt, quot oblata fuerunt stipendia. Per hoc tamen non intendo reprobare illam sententiam, quam docent magni TT. Cajet. Can. Sor. Viguer. et sequitur Vasquez. tom. 3. in 3. p. disp. 23. cap. 2. et seqq. quod unum missae sacrificium oblatum, v. g. pro 100. animabus, tam multum prodest singulis, quam si pro una sola ex illis 100. offerretur; dummodo tot missae celebrentur, quot obferretur elemosynam praescripae fuerint.

11. Q. VI. Quid sentiendum de Indulgentiis realibus, quae Crucibus, coronis, numismatis, et, ut vocant, medallis: affixa sunt? R. 1. Qui tale medallium habet, lucratur in festis Domini, Purificationis, Annuntiationis, Assumptionis, et Nativitatis B.V.M. in nataliis Apostolorum, in festo S. Iosephi, S. Joannis Baptistae nati, et SS. Omnium Indulgentias plenarias; dummodo confessus, et S. Eucharistia resectus consuevit preces perfolvat 7. vel 5. Patet, et Ave aliaque in Decreto Clem. XI. et Innoc. XIII. expressas: et quamvis formulam harum Indulgentiarum a dicto Innoc. XIII. in unam formam reducantur pro manibus habeant, impressam typis reverende Camerae apostolicae; tamen, quia prohibet Sanctitas sua hanc Indulgentiarum formulam imprimi extra Urbem, huc praeterea parere malo, quam formulam istam hic annexere. 2. Circa intentiones, seu ut vocant benedictiones, v. g. dum Papa dat alicui mille Indulgentias inter alios distribuendas, sublata videntur plurima DD. dubia circa applicationem, et delegationem potestatis, de quibus agit Pasqualigus Gobat Oper. Moral. tom. 1. p. 1. tr. 4. cap. 11. et par. 2. c. 27. numer. 678. ubi priorem doctrinam revocat propter decretum Alexandr. VII. nam in fine formulae Innocentianae jubetur observari decretum Alex. VII. incip. SS. Dominus noster 6. Feb. 1657. quo statuitur, ut medalliae Indulgentiis donatae, non transant personam illorum, quibus a Sanctitate sua concessa sunt, aut quibus ab his prima voce distribuuntur. Et quamvis expresse nec in Decreto Alexandri, nec in formula Innocentii sermo sit de intentionibus, seu potestate applicanti Indulgentias certis numismatis, tamen sapientissimi quique viri conformiter stylo Curiae romanae, decretum istud intelligunt de memoratis intentionibus, quae ex sine suo censentur comprehendi sub medallibus, ut omnino idem sit de illis sententiam. Ac primo quidem qui pro se a Papa accepit crucem, vel medallium cum Indulgentiis, nequit hoc medallium cum istis Indulgentiis transferre in alterum. Secundo qui plura medallia accepit inter alios distribuenda, his tantum, quibus distribuit, profusus, et eorum personam non egrediuntur. Tertio qui accepit intentiones mille, vi quarum affigere possit Indulgentias mille numismatis, per se Indulgentias istas applicare debet, neque potestatem istam subdelegare poterit; quia potestas ista, sicut in medallibus, personam dantis, et accipientis non egreditur; et conf. si non ipse,

sed

sed

sed

sed

sed

sed

sed

sed

sed

sed alius id faciat, tertius, qui numismata accipit, nullas indulgentias habet. Hæc doctrina, utpote securior in praxi, tenenda est; & ideo cit. P. Gobat dicit se non voluisse accipere intentiones a Patribus romipetis, qui multa millia intentionum a Papa acceperunt. *Dices:* Accipi, v. g. a quodam amico Romæ existente mille numismata cum Indulgentiis, mihi sufficit unum, quid cum ceteris faciam? si aliis dedero, nihil ago, quia advertebat Decretum Alex. & Innoc. ergo tot numismata frustra mihi mittuntur. Similiter accipi mille intentiones; ego pauper, religiosus, mille cruces, aut medallia non habeo, ut eis Indulgentias affigam, quid cum residuis agam? R. 1. Si numismata petita sunt nomine meo, censetur mihi immediate a Papa data; & cons. tuto ea distribuere possum inter alios; quia hæc potestas mihi data est a Papa: hi vero, quibus dedero, ulterius dare non possunt. At si amicus ille nomine suo numismata accipit, etsi mihi mille mirat, personam meam non agrediuntur, ut statuitur in cit. *Decret.* Hoc tamen verum esse iudico, quod, si ego, ut nudus minister, & exequor; numismata ista accipiam, & nomine illius, qui immediate a Papa accipit, ea aliis distribuam, omnino cum numismate Indulgentias transmittam ad accipientem. Idem dicendum erit de intentionibus, si ego, ut purum instrumentum nomine alterius, qui a Papa accipit, Indulgentias medallii applicavero: licet, ut dixi, multo securius sit, ut quis Romæ nomine meo intentiones, vel medallia a Papa petat; quia tunc nullum est periculum deceptionis. Plura de his leges in P. Gobat *l. c. par. 2. c. 12. & seq.* in altera editione.

Datur hic formula Indulgentiarum, de qua supra, juxta novissimam confessionem Benedicti XIV. ex originali transcripta, asservata in secretaria Sac. Congreg. Sacramentorum Indulgentiarum.

FORMULA INDULGENTIARUM

Quas BENEDICTUS PP. XIV. concedit Coronis, Rosariis, Crucibus, parvisque Imaginibus, seu Numismatibus, ex auro, aut argento, aliove metallo confectis, Medalliiis vulgo nuncupatis.

Quicumque saltem semel in hebdomada, Coronam Domini, vel Beatissimæ Virginis, aut Rosarium, ejusve tertiam partem, aut Officium, vel Divinum, vel parvum Beatissimæ Virginis, vel Defunctorum, aut septem Psalmos Penitentiales, vel Graduales, recitare, aut rudimenta fidei tradere, aut detentos in carcere, vel alicujus domus hospitalis ægrotos visitare, aut pauperibus subvenire; aut Missam, vel audire, vel si est sacerdos, celebrare consuevit, si vere penitens, & facerloti per Ordinarium approbato confessus, Eucharistiæ Sanctissimum Sacramentum acceperit, in quolibet ex diebus infra scriptis, nimirum die Festo Nativitatis Domini Nostri Jesu Christi, Epiphaniæ, Resurrectionis, Ascensionis, Pentecostes, Sanctissimæ Trinitatis, & Corporis Christi, & die Purificationis, Annunciationis, Assumptionis, & Nativitatis Beatissimæ Virginis; tum Festo Nativitatis Sancti Joannis Baptiste, Sanctorum Apostolorum Petri, & Pauli, Andrea, Jacobi, Joannis, Thomæ, Philippi, & Jacobi, Bartholomæi, Matthei, Simonis, & Judæ, Matthei, atque omnium Sanctorum, piasque ad Deum preces fuerit pro hæresum, atque schismaticorum extirpatione, Fidei catholice propagatione, pace, & Christianorum Principum concordia, ceterisque Romanæ Ecclesiæ necessitatibus, plenariam suorum peccatorum remissionem, & Indulgentiam consequetur.

Qui eadem aliis Festis Domini, aut Beatæ Virginis, peregerit, in quolibet eorum percipiet Indulgentiam septem annorum, ac totidem quadragenarum. Qui vero quavis Dominica, vel alio anni Festo, Indulgentiam quinque annorum, & totidem quadragenarum: qui demum, alio anni die, Indulgentiam centum dierum.

Quisquis animam suam Deo in articulo mortis devote commendans, ipsamque mortem juxta instructionem Sanctissimi Domini Nostri BENEDICTI XIV. in ejus Bulla diei 5. Aprilis 1747. incip. *Pia mater* expressam aquo, ac libenti animo de manu Domini suscipere paratus, & vere penitens, confessus, & sacra communionem receptus, si poterit, alioquin contritus,

nomen Jesu ore, si pariter poterit, sin minus silent corde invocaverit, plenariam omnium peccatorum suorum remissionem, & Indulgentiam consequatur.

Quicumque in celebranda Missa, vel sumenda Eucharistia, aut officio divino, vel parvo Beatæ Virginis recitando, primum incipiat, devotam aliquam præparationem adhibuerit, quinquaginta dierum Indulgentiam qualibet vice percipiet.

Qui detentos in carcere, aut ægrotos in Nosocomiis visitaverit, eos aliquo bono opere adjuvando, aut doctrinam christianam in Ecclesia, vel domiciliis, aut propinquos, aut famulos docuerit, toties Indulgentiam 200. dierum consequetur.

Quicumque saltem semel in hebdomada, recitare consuevit Coronam, aut Rosarium, aut Officium Beatæ Virginis, vel Defunctorum, aut vespere, unumque saltem ex nocturnis, & laudes, aut septem Psalmos Penitentiales, & Litanias, corumque preces, quo die id fecerit, præter Indulgentias a S. Pio concessas, Indulgentias centum dierum percipiet.

Qui ad pulsum campanæ alicujus Ecclesiæ, mane, aut meridie, aut vespere, confectas preces, Angelus Domini &c. dicit, vel, si eas ignoret, semel Orationem Dominicam, & Salutationem Anglicam; vel dato signo orandi pro Defunctis, Psalmum De profundis, aut, si hunc nesciat, Orationem Dominicam, & Salutationem Anglicam recitabit, eandem Indulgentiam adipiscetur.

Eandem pariter consequetur, qui feria sexta devote cogitaverit de Passione, ac morte Jesu Christi, terque Orationem Dominicam, & Salutationem Anglicam recitabit.

Quisquis vere penitens peccata commissa emendare fecerit proposuerit, conscientiamque suam excusserit, ter Oratione Dominica, & Angelica Salutatione devote repetita, vel in honorem Sanctissimæ Trinitatis eandem preces ter, aut ob reverentiam quinque vulnerum Jesu Christi quinquies devote recitaverit, Indulgentiam dierum centum lucrabitur.

Qui pro Christianis ægrotis in exitu vite constitutus pie Deum orabit, vel saltem pro ipsis Orationem Dominicam, & Salutationem Anglicam semel dicit, ea die quinquaginta dierum Indulgentiam consequetur.

Habentes in cubiculo, vel quovis alio loco decenti domus, ubi erunt, Crucifixi signum, Crucem, aliamve sacram Imaginem a Sanctitate Sua benedictam, si coram illa præscriptis precibus recitatis, cetera, quæ supradicta sunt, adimpleverint, eandem Indulgentiam, quisque pro ratione precum, operumque impletorum adipiscetur.

Quilibet omnes supradictas Indulgentias memoratis diebus, aut ipse adipisci, aut fidelibus defunctis per modum suffragii applicare potest.

Imagines autem sint, ut vult Sanctitas Sua, non chartaceæ, sed ex auro confectæ, aut ex argento, aliove metallo, quæ Sanctos representent, vel canonizatos, vel in Martyrologio Romano descriptos.

In distribuendis hujusmodi Coronis, Crucibus &c. corumque usu Sanctissimus servari jubet decretum felic. rec. Alexandrii VII. editum sub die 6. Februarii 1657. nimirum, ut Coronæ, Cruces, Rosaria, Numismata, quæ vulgo medallii nuncupantur, & sacra Imagines cum præfatis Indulgentiis benedictæ non tamen personam illorum, quibus a Sanctitate Sua concessæ sunt, aut quibus ab his prima vice distribuuntur: neque commodari, aut precario dari possunt; alioquin careant Indulgentiis jam concessis: & aliqua re ex prædictis perditæ, pro ea subrogari altera nullo modo possit, quicumque concessione, aut privilegio in contrarium non obstante.

Item Sanctissimus Dominus Noster Benedictus PP. XIV. per suum decretum diei 19. Augusti 1752. expresse declarat missas ad altare, in quo aliqua ex præfatis, five Crucifixi, five numismata Imago quomodocumque collocata fuerit, lectas, five a Sacerdote hujusmodi Imaginem secum habente celebratas, nullo protus vigore dictæ Imaginis gaudere privilegio.

Insuper vetat, ne quisquam, quem infirmis morti proximis assistere contigerit, benedictionem cum Indulgentia plenaria in articulo mortis virtute ejusmodi Imaginis illi impertiri audeat sine speciali facultate in

in scriptis obtenta; cum ad hujusmodi effectum ab eadem Sanctitate Sua per supra enunciatam Constitutionem die 5. April. 1747. incip. *Pia mater* satis provisum fuit.

Prohibet Sanctitas Sua hanc Indulgentiarum formulam imprimi extra Urbem.

Antonius Maria Eva Prænotarius Apostolicus, & Secretarius. &c.

12. Q. VII. An Regulares lucrentur in suis Ecclesiis Indulgentias Stationum urbis? R. Affirmative; sed tantum pro illis diebus Stationum, qui in Missali Romano sunt descripti: ita declarat Innoc. XI. in Decreto Sac. Congreg. incip. *Delate* 1678. die 7. Martii; ex cujus *fin.* emendatis Scriptis has Indulgentias ampliantes ad singulos dies. Quo non obstante, Regulares excitandi sunt, ut in suis Ecclesiis quotidie pro lucranda Indulgentia confectas preces persolvant 7. vel 5. Patet, & Ave, vel 6. cum *totidem Gloria Patri &c.* quia singulis diebus per pia ista opera ex immenso Indulgentiarum thesauro aliquid lucrari possunt; præsertim ex Indulgentiis Regularium, quæ fere omnibus aliis Regularibus communicantur. Indulgentias plenarias Stationum Urbis lucratur etiam seculares in Ecclesiis Regularium, sed cum conditione confessionis, & communionis, ut ex Mari magno ab Innoc. VIII. festis B. M. V. concessis; & contrarium, quod docuit Gobat, revocavit. Hoc privilegium notent confessarii, & peccatores, præsertim graviores, hortentur ad lucrandum has Indulgentias diebus Stationum Urbis in Missali descriptis. Præterea Regulares habent Indulgentiam plenariam in die assumptionis habitus, professionis, dum primam missam celebrant, vel confessi, & communionem recepti ei intersunt, dum vacant exercitiis spiritualibus per decem dies; & plures alias ex Const. 21. Pauli V. Romanus Pontifex 1606. die 23. Martii: quæ Indulgentiæ substituitur in locum abrogatarum. Innoc. XIII. Const. incip. *Ad ea, per quæ*, concecit Clericis Scholarum Piar. omnibusque utriusque sexus, alicui sodalitati, aut confraternitati in eorum Ecclesiis erectæ, vel impostorum erigende adscriptis, qui per quadrantem horæ orationi mentali vacaverint, pro quolibet vice 100. dierum: qui per duos quadrantes continuis septem annorum Indulgentias; iis vero, qui devotioni hujusmodi vacaverint per duos, vel unum quadrantem horæ singulis diebus, facta confessione, & communionem, plenariam semel quolibet mense omnium peccatorum suorum remissionem, quam per modum suffragii animabus purgatorii applicare possunt.

13. Q. VIII. Quid speciale habeant Indulgentiæ Portuiculæ? R. 1. Indulgentia Portuiculæ ad petitionem S. Francisci Seraphici concessa est immediate, & directe a Christo pro Ecclesia B. V. Angelorum prope Assisium 2. Augusti, quo die celebratur dedicatio ejusdem Ecclesiæ; ut proinde non sint audiendi dicentes, S. Franciscum a Christo Domino justum fuisse, eam petere a Rom. Pontifice. 2. Ista Indulgentia extenditur favore, & privilegio Rom. Pontificum ad omnes Ecclesias, & oratoria Ordinis S. Francisci utriusque sexus, virorum, & Monialium, & Tertiariorum. 3. Ad lucrandum has Indulgentias in Ecclesia Assisinate B. V. Angelorum, sufficit confessio, & confectæ preces: in aliis vero Ecclesiis requiritur insuper communitio, ut patet ex Bullis pontificiis. 4. Indulgentia ista applicari potest non solum defunctis, sed etiam aliis vivis, quorum nomine aliquis peragat illa pia opera, quæ ad Indulgentiam Portuiculæ requiruntur. 5. Dum tempore Jubilei aliæ Indulgentiæ suspenduntur, Indulgentiæ Portuiculæ in Ecclesia Angelorum non censentur suspendi: quo privilegio donari solent etiam aliæ Ecclesiæ Minorum. 6. Juxta Rodric. Religiosi S. Dominici, & conf. alii in privilegiis communicantes lucrari possunt in suis Ecclesiis Indulgentiam Portuiculæ: sed hoc minus certum est; quia videtur hoc privilegium non uno aboluit, vel non fernerit introductum fuisse: securus proinde erit visitare Ecclesiam Minorum. 7. Volunt nonnulli in festo Portuiculæ confessoris, saltem de Ordine S. Francisci, competere facultatem absolventi a reservatis, quod tamen negat Rodric. item dispensandi, & commutandi vota, quod admittit ob alia privilegia Regularium, exceptis tamen Pape reservatis: item faciendi compositionem super ablati in

certis, aut illicito modo extortis. 8. Volunt pariter alicui, quod fideles, quoties in die Portuiculæ devote visitant Ecclesiam Angelorum, toties lucrari possint Indulgentias, atque ita aliam, & aliam animam liberare a purgatorio. Sed hoc rejicit Quintanadvennas, cum id nullo privilegio concessum reperitur, præsertim in aliis Ecclesiis Minorum: ita hæc, & plura alia erudite scribit P. Mohr strictioris Observantiæ S. Francisci in Opuscul. intitulo: *Portuicula theologia*. Quamvis autem nihil ex his reprobem; conjicio tamen ex variis scriptoribus aliqua reduci in dubium, ut: *potestatem absolventi a reservatis, faciendi compositiones super ablati, lucranda Indulgentiam toties, quoties quis per diem 2. Augusti visitat Ecclesiam Minorum*, sicut alicubi faciunt fideles per unam potam egrediendo, & per alteram rursus intrando Ecclesiam: *lucranda Indulgentias per aliam personam interpositam*: cum super his, utpote singularibus, & exorbitantibus speciale privilegium Sedis apostolicæ exhiberi deberet. Hoc dubio non obstante, fideles excitandi sunt, ut sæpius Ecclesiam Minorum intrent, & confectas preces persolvant; quia fieri potest, ut, si una, vel altera vice Indulgentiam non obtineant, saltem frequentatis vicibus ad eam obtinendam, melius se disponant; cum ex revelationibus fide dignis constet difficillimum esse plenarias Indulgentias lucrari. *Circa III. dubium, rejektis Scripiorum opinionibus, hodie nihil certi statui potest, donec a S. Sede declaratum fuerit, ævenim propositis Congregation. Indulgentiarum dubiis.* At eandem Indulgentiam (Portuiculæ) quis consequi valeat, quoties aliquam ex dictis Ecclesiis (Ordinis S. Francisci) dicta die (2. Augusti) visitet, aut circumeat, & An præfata Indulgentia toties acquiri possit, quod diversæ Ordinis Ecclesiæ eadem die visitent. 20. *Sept. 1745. rescriptum* Audiantur Procuratores generales Ord. S. Franc. tam Conventualium, quam de Observantiæ, & exhibeant documenta concessionum: nec ullasque ad hunc diem documentorum exhibitio facta fuit.

Plura de Indulgentiis vide in Bellarmino, & præ ceteris in P. Gobat, non solum scientia, sed & humilitate insigni, qui *Tract. 4. de thesauro Indulgentiarum* multa emendavit in posteriori editione; quæ, cum sint facti, etiam prudentissimum, & sapientissimum fallere poterant juxta Neratium l. 2. ff. de J. & F. Ignor.

TITULUS XXXIX.

De Sententia Excommunicationis.

Agitur de hac materia in Sexto, Clem. Extravag. Joann. XXII. Extravag. com. h. 1. In Decreto q. 9. r. & 11. q. 3. & 24. q. 1. 2. 3. In Trident. sess. 14. c. 1. & sess. 22. c. 11. de reform. & sess. 24. cap. 9. de reform. mar. & sess. 25. c. 12. & 18. de Regg. & c. 19. de reform.

1. Hæc Rubrica, utpote nigro strictior, amplianda est ad sententiam suspensionis, & interdicti, sicut in 6. hoc tit. ita ut sub ea continentur omnes pœnæ medicinales ab Ecclesia præscriptæ. Agitur hic 1. de censuris in genere. 2. de singulis in specie 3. cessatio- ne a Divinis.

§. I.

De Censuris in genere.

2. Nota 1. Censuram a *condendo*, seu corrigendo, dictam, in jure Can. definiti, quod sit pœna medicinalis homini baptizato delinquenti, & contumaci inflicta, privans illum usu quorundam bonorum spiritualium: ita in re com. *Dicitur 1. medicinalis*, quia *condens* pro se, & primario ordinatur ad correctionem, & sanationem delinquentis, & tantum secundario ad punitionem. *Dicitur 2. contumaci*, quia censura ex natura sua fertur ad frangendam contumaciam, seu inobedientiam illius, qui scienter contra legem ecclesiasticam peccat: & ideo ab ignorantibus non incurritur *cap. fin. de constit. in 6. Dicitur 3. quorundam bonorum spiritualium*, quia censura primario privat bonis spiritualibus; non quidem internis, quæ potestati Ecclesiæ non subjiciuntur, uti gratia, fides &c. sed externis,